



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

6. Quia prudentiam &c. Diploma ad Rogerium Siciliae Comitem, vi cujus
Siciliae Reges in suo Regno intendunt repræsentare speciatim Pontificem
Romanum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74452](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74452)

Canonicos gaudet in sua manu firmasse nihil honorum ac praebendarum vendituros aut empturos nec ut vendantur aut emantur aliquando consenturos, nullumque in canonicorum numerum admittendos nisi eandem sponsonem iurejurando firmaverit.

Huiusce Constitutionis violatores anathematis mucrone confodit.

Canonicos in spirituales filios Apostolica sedis assumit & ab aliena cuiuscumque auctoritate solvit, salvo tamen jure Turonensis Archiepiscopi.

Possessiones confirmat.

Qualemcunque seculari potestate contringi vetat, nec teloneum aut naulum exigi permittit.

Decimas in pauperum usus omnino proficere jubet.

Ecclesiae altaria aliaque bona venalitate distrahi vel modo quolibet alienari vetat.

Eorum libertates, immunitates que confirmat eosque Romano specialiter adherere Pontifici & graviores eorum causas ex ejus pendere iudicio decernit.

Poenam contraventium.

§. 2. Quibus estis fideliter domino inspirante, polliciti, & praecipis nostris omnimodis obedire, & simoniaca pravitate inquinamenta deserere.

§. 3. Quod & praesentibus nobis per Dei gratiam perfecistis, in nostram tanquam beati Petri manu firmantes, nihil vos ulterius honorum, nihil praebendarum vendituros aut empturos, nec ut vendantur, aut emantur aliquando consenturos. Adjicientes etiam nullum deinceps in canonicorum numerum admittendum, nisi eandem sponsonem iurejurando firmaverit.

§. 4. Quae videlicet universa nos sanctorum Apostolorum auctoritate firmavimus, & violatores omnes anathematis, mucrone confodimus. Et praeteritorum igitur gratiae respondentes, & futurorum spem longe meliorem gerentes, secundam praedecessorum nostrorum Romanae Ecclesiae Pontificum privilegia, vos in spirituales filios Apostolicae sedis assumpsimus, & eadem auctoritate statuimus, nullum Pontificum, nullum Regum, nullum cuiusque dignitatis aut ordinis praeter praepositos, in vestra Ecclesia, vel ejus pertinentiis potestatem aut dominium exercere ut Romanae Ecclesiae praecipia servantes Romanae Ecclesiae libertate perpetua gaudeatis, salvo nimirum jure seu consuetudine quam hactenus erga vos Turonensis noscitur Archiepiscopus habuisse.

§. 5. Quaecumque igitur venerabilis illa beati Martini Ecclesia legitimo jure, vel Pontificum collatione, vel Regum, & Principum liberalitate, vel fidelium oblatione possidet, seu in futurum praestante domino iuste poterit, & Canonice adipisci, firma vobis semper, & illibata permaneat.

§. 6. Nullus in villis, aut mansionibus, sive territoriis, sive Ecclesiis aut pagis ad vestram Ecclesiam pertinentibus, invitis vobis iudicia agere, ingenios servosve seculari potestate contringere, nec teloneum aut naulum praesumat exigere.

§. 7. Possessionum vero vestrarum decimae seu nonae in pauperum usus omnino proficiant: Episcopus autem, in cuius diocesi eadem Possessiones sunt, ordinandorum Clericorum tantum curam gerat nihil de caetero gravaminis Clericis inferat, nec Ecclesiarum altaria, vel alia bona per regum praecipia vobis antiquitus data, & Pontificum Romanorum privilegiis confirmata, vel aliis dare, vel venalitate distrahere, vel modo quolibet alienare praesumat.

§. 8. Quidquid praeterea libertatis, quidquid immunitatis vel praedecessores nostri Romani Pontifices, vel Turonenses Archiepiscopi, vel Gallicanarum Ecclesiarum apud Tussiacum in Tullensi parochia generalis Synodus congregata pro beati Apostolici Confessoris Martini reverentia vestrae Ecclesiae vestrisque praedecessoribus contulerunt, nos praesentis decreti pagina confirmamus, & quia in quibusdam vestrae Ecclesiae privilegiis proprium vobis habere Episcopum concessum est, nos ejus vice Romano vos sancimus specialiter adherere Pontifici, & graviores vestri causas ex ejus pendere iudicio.

§. 9. Si quis sane in crastinum Archiepiscopus, aut Episcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Vicecomes, Judex, aut Ecclesiastica quaelibet seculari persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertioque commonitus si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, rerumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore ac sanguine Dei,

& Domini Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultionis subiacet:

§. 10. Cunctis autem eidem Ecclesiae juxta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus, & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtorum Judicem praemia aeternae pacis inveniant Amen, Amen, Amen.

§. 11. Datum Pictavis pex manum Joannis Sanctae Romanae Ecclesiae Diaconi Cardinalis quarto Kalendas Aprilis, indictione quarta, anno dominicae incarnationis MCVII. Pontificatus autem domini Urbani secundi Papae nono.

Diploma ad Rogerium Siciliae Comitem, vicius Siciliae Reges in suo Regno intendunt repraesentare speciatim Pontificem Romanum.

URBANUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, carissimo filio Rogerio Comiti Calabriae & Siciliae Salutem & Apostolicam benedictionem.

Quia praesentiam tuam supernae Majestatis dignatio multis triumphis, & honoribus exaltavit, & probitas tua in Sarracenorum finibus Ecclesiam Dei plurimum dilatavit, & sanctae sedi Apostolicae devotam se multumodis semper exhibuit, nos in specialem atque carissimum filium ejusdem universalis Ecclesiae te assumpsimus.

§. 1. Idcirco de tuae probitatis sinceritate plurimum confidentes, sicut verbis promissimus, ita literarum auctoritate firmamus; quod omni vitae tuae tempore, vel filii tui Simonis, vel alterius qui legitimus haeres extiterit, nullum in Terra potestatis vestrae, praeter voluntatem aut consilium vestrum Legatum Romanae Ecclesiae statuemus. Quinimo quae per Legatum acturi sumus, vel vestram industriam Legati vice cohiberi volumus. Quando ad vos ex Latere nostro mitteremus ad salutem sanctarum Ecclesiarum quae sub vestra potestate consistunt ad honorem beati Petri sanctaeque ejus Apostolicae sedis, cui devotè hactenus obedisti, quamque in necessitatibus suis strenuè fideliter adjuvisti.

§. 2. Si vero celebratur Concilium, & tibi mandavero, quatenus Episcopos & Abbates terrae mihi mittas; quos & quos volueris mittes alios vero ad servitium Ecclesiarum tuarum retineas.

§. 3. Omnipotens Deus actus tuos in benedictione suo dirigat, & te a peccatis absolutum in vitam aeternam perducat.

§. 4. Datum Salerni per manus Joannis sanctae Romanae Ecclesiae Diaconi tertio nonas Julii indictionis septimae, anno Pontificatus nostri undecimo.

Diploma quo conlatum Archiepiscopo Salernitano privilegium continetur videlicet, ut Primatum super Cosanam & Aheruntinam Archiepiscopales sedes, earumque suffraganeos gerat.

URBANUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, Dilecto Fratri Alfonso Salernitano Archiepiscopo, ejusque successoribus canonice promovendis in perpetuum.

Singulare semper sedis Apostolicae privilegium claruit subiectas sibi per orbem terrarum ec-

Pax & benedictio fautoribus.

Data quarto Kalendas Aprilis Pontificatus anno IX.

VI.

Ex Labbe Tom. 10 p. 437. & Leibnizio Tom. 1. Cod. Diplom. prodrom. p. 1. Editum An. D. 1099.

Rogerium in specialem atque universalis Ecclesiae filium charissimum assumit.

Nullum vitae sua tempore vel filii Simonis vel alterius legitimi haereditis, in Terra potestatis, praeter voluntatem aut consilium Romanae Ecclesiae Legatum mittendum statuit.

Si celebratur Concilium quos voluerit terrae suae Episcopos & Abbates mittant.

Pax & benedictio Apostolica.

Datum Salerni 3. nonas Julii anno Pontificatus IX.

VII.

Ex Synodo Salerni Martini Antonii Martini Columna pag. 375. Editum An. Dom. 1099.

Exordium.